

In Cōmemora
apud sanctum Ia
ad Senatū Cardī
nuariū. M. cccc. x
uaial Episcopum

Hæc est uictoria



Onu
tis ce
hanc
patre
ipſi quoq; ptect
spano inuictissu
aduersus Maom
hostem dum pot
nateñ insigni. N
alias ad referend
lachrymandum
felicem sanctiss
memorandumq;
cilem operā pare
tiam: is tamen o
fice impleuit dig
cta sunt omnia:
aliquis gloriæ la
no deficiat. Mat
piūssimā dei gen

is
o
la
r
a
a
tā
ū
is
li
fa
is
a
ut
ol
re
cō
fi
a
ri
e
te
ū
m
a

In Cómemoratione Victoriæ Bacensis Ciuitatis
 apud sanctum Iacobum Hispanorꝝ de urbe: Sermo
 ad Senatũ Cardinalium habitus die dominica. x. Ia
 nuarii. M. cccc. xc. per. R. P. D. Bernardinum Car
 uaiãl Episcopum Paceñ Regium Oratorem.

Hæc est uictoria quæ uincit mundũ: fides nostra.
 Prima Io. quinto.



Conuenistis .P. Reuerendissimi militan
 tis ecclesiæ fulgētissimæ bases in sanctã
 hanc ædem diui apli Iacobi Hispaniarũ
 patroni: ut ïmortalí deo gratias habeatis
 ipsi quoqꝫ p̄tectori Iacobo pro triumphí gloria Hi
 spano inuictissimo ac uere catholico Regi concessa
 aduersus Maomethem infestissimũ christiani nois
 hostem dum potitus est ciuitate Baceñ Regni Gra
 nateñ insigni. Non iam ad lugubria carmina: nõ ut
 alias ad referendum Bizantium deperditũ: nõ ad col
 lachrymandum excidia xpianorꝝ inuitati: sed ad uere
 foelicem sanctissime uictoriæ diem celebrandum cõ
 memorandumqꝫ conuentus hic agitur. Scio perdiffi
 cilem operã parem tanto beneficio posse referri gra
 tiam: is tamen omnipotens qui uictoriã ipsam miri
 fice impleuit dignabitur sua clamentia: cuius perfe
 cta sunt omnia: assistere oratori suo ne ulla ex parte
 aliquis gloriæ laudisue cumulus tanto muneri diui
 no deficiat. Matrẽ igit gratiæ misericordiæ fontem
 piissimã dei genitricem quæ dicendi munus & gra
 a

tiam Oratorib⁹ sacris ab unigenito impetrare solita
est: supplicii uoce de more preceimur orantes. Aue.

¶ Argueret me forte quispiã Patres de suscepta pro-
uincia q̄ quum natione Hispanus sim & Hispani re-
gis (imeritus licet) orator: Regis ipsius præconia re-
censenda susceperim: quum ea potius alicui extero de-
mandanda forent: Verū id ego obiurgatione dignū
non censui. Nempe quum sit nobis hystoria texenda
non fabula nec cōmentū aliquid aut fucationis ora-
tio nostra habitura sit: nemo melius explicabit pro-
uinciam: q̄ is qui Hispanorum Principum gesta eru-
ditionemq; omnem militarem propriis hauserit ocu-
lis: ac e fonte ipso præterita & præsentia bello emer-
gentia collegerit: idq; mihi præ cæteris (salua aliorū
pace) contigisse non inficior: quum belli pacisq; tem-
pore inuictissimi Ferdinandi Hispaniarum Regis:
ac serenissimæ Helisabeth Reginæ eius charissimæ
confortis: instituta moresq; didicerim. Ipsam quoq;
Bacensem uictoriam litteris primorū e partibus abun-
de plene non secus ac si interfuissem intellexerim.
Ad explicanda quoq; catholici Regis mei uera lau-
dis & uirtutum munera & si alii Oratores possent
magis conuenire: mihi tamen præ omnibus conue-
nit eo exerceri dicendi genere. Profecto si Aristotele
teste in de Republica: Rex ipse pater est patriæ: Pa-
tria uero prouincialium parens & genitrix: non du-
bium quin Hispanus Rex Hispanorum omniū iu-

re merito
norī pa
ea me i
aptior:
explica
tamen)
ipsa ta
ra usqu
Præcon
stice; e
mi isti
¶ He
Pro cu
nobis
infide
an non
negati
pitulo
tit aff
princi
oport
aut su
cipio
or oc
cus ti
nis p
iure i
in ca

re merito Pater censerí debeat teneri autē filios ho-^{50.}
nori parentum dominico præcepto didicimus: Atq;
ea me inter alias cogit & arctat oratio: ut & si non
aptior: obnoxior tamen inueniar huic subeundæ ac
explicandæ prouinciæ. Agam igitur in ea (ut cunq;
tamen) Nam & si mea ieiuna uerba rem extenuent:
ipsa tamen Regia gesta & præclara facinora ad æthe-
ra usque se extollunt. Quo fit ut illis laudatore atq;
Præcone opus non sit. Primo tamen omnium scola-
sticè edisseram quid ad rem nostram Titulus ac the-
ma istius orationis conducat.

¶ Hæc est uictoria quæ uincit mundū fides nostra
Pro cuius intelligentia & introductione problema
nobis disputabile exponitur: Vtrum uidelicet apud
infideles sint uera iura domini Principatus & regni
an non. In quo sunt qui affirmatiue sentiāt: sunt qui
negatiue. Innocentius quartus in apparatu suo capi-
tulo Qd̄ super his. de uo. & uo. redemptione sen-
tit affirmatiue: apud infideles uera esse iura domini
principatus & regni. Quod de illius mente limitari
oportet ad ea Regna uel dominia quæ ipsi primitus
aut sui progenitores occuparunt. Quū enim a prin-
cipio orbis omnia essent cōia & in nullius bonis pri-
or occupatio fecit ius diuisionis & distinctionis: se-
cus tñ intelligit in terris uel dominiis primo a xp̄ia-
nis possessis: & inde a paganis usurpatis: in qb̄ solo
iure intrusiois rapinæ & uiolētiae defendi p̄nt. Verū
in cæteris infideles opinione Inno. etiā pleno iure

tutabuntur: A quibus nō liceret fidelibus nec etiam
pape eos pellere nisi cum maxima causa: utpote si es-
sent infestī christianis: bellum gerendo: uel ad sectā
suam publice trahendo: aut alias: in quibus casibus
infideles & etiam si in aliquo agerent contra iura na-
turae uel constitutiones suas in moralibus; possent
iure corrigi a Summo Pontifice: quum ipse tanquā
Vicarius dei omnipotētis: cuius oues sunt omnes ra-
tionales creaturae: utriusq; ouilis: scilicet fidelis & in-
fidelis curam habuerit: quāuis fidelis cura ei charius
cōmissa sit. Nec enim de iure dubitat Innocentius
quin infideles & omnes rōnales creaturae pleno iure
subiiciantur papae tanq̄ dei summo uicario. esto q̄ fa-
cto infideles illi nō obediāt. Stat itaq; in questione
resolutio dñi Innocentiū: Infideles esto facto nō re-
cognoscentes iugum ecclesiae posse pleno iure possi-
dere aliqua Regna iurisdictiones & dominia. Cui sen-
tentie plures sapientes & diuini ac pontificiū iuris ad-
haerūt. ¶ Verum dñs Ostiensis sentit negatiue in
problemate: cū quo ego hodie magis conuenio: sunt
& tractatores diuini qui id sentiant post Christi ui-
delicet aduentū iusta causa omne dominium & prin-
cipatum subtractum esse infidelib9 & ad Christum
& fideles xp̄i tanquā ipsius haeredes pleno iure trans-
latum. Vbi Ostiensis q̄ praecise tria probat: & meri-
tum translationis: & translationem in actu: & succes-
sionem principatus translati. Quod aut infideles tā
gentiles q̄ iudei meruerint ab eis auferri dñia pbat

bat p̄ illud Ecclesiastici .x. Regnū a gēte in gēte trāsfert̄ p̄pter iniustitias iniurias cōtumelias ac diuersos dolos. His aut̄ oībus infidelitas plena fuit: maxie ante xp̄i aduentū: translationē oīdit hebreorū .vii. translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat: ubi ad l̄ram de trāslatiōe regnī & sacerdotiī ad xp̄m ap̄ls loquebat̄: Fuit .n. xp̄s ea rōne rex qua sacerdos: & ecōtra: Vñ sicut oē sacerdotium p̄cedēs xp̄m: scilicet naturæ & legis: fuit translātū ad unicum & uerū xp̄i sacerdotium: ita & oē regnum p̄cedens xp̄m fuit trāslatum ad unicū & uerum regnū xp̄i. De quo Luc .i. Dabit ei dñs sedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in eternū & regnī eius nō erit finis. De successione regnī ad infideles Math .xxi. Aufferet̄ a uobis regnū & dabit̄ genti facienti fructus eius. Isti us autē regnī & sacerdotiī ad xp̄m translati regimē & principatum p̄petuum usq; ad consummationē seculorū: cōmisit xp̄s dñs Petro & in Petro successoribus ei⁹: cui dixit: Pasce oues meas & tibi dabo claus regnī celorū: & tu uocaberis cephas & tu cōfirma fratres tuos. Residet ergo ī qōne sn̄ia .D. Ostiēñ q; post xp̄i aduentū apud infideles nulla sunt uera iura principatus & dñiī: & si quē uera esse possunt in his solū continget q; recognoscunt iugum & seruitutē eccl̄iæ & illius p̄missione & tolerantia aliqua dñia possederunt. In cæteris tñ nō recognoscentibus nō mō quo ad regna uel dñia aliqñ per xp̄ianos possessa: q; de his nulla est cōtrouersia; ueq; etiā quo ad ea quæ ipsi

& sui progenitores cōtinuatissimis successionebus pos-
sederunt: uera ratio dñi & principatus non est: quia
hanc continuatā successione posse probare sit admo-
dum difficile: quum in oēm terrā exiuerit sonus apo-
stolorum: & euangelium xp̄i in toto fere orbe prædica-
tum & receptum sit. Paganī igit̄ hac sn̄ia magis ty-
ranni possessores in regnis uel dñiis q̄ iure dñi cen-
sendi sunt. Possunt ergo oīa ab eis tanq̄ ab intrusis
& iniustis possessoribus armis peti & auferri p̄ fide-
les: maxime stante mandato auctoritate & licētia ui-
carii dei oīpotentis: cuius est oīs terra & plenitudo
eius. ¶ Et hanc sn̄iam dñi Ostiensis signāter de uni-
uersalitate regni xp̄i & eius successione ad fideles ego
ulterius magis confirmo. Regnum & dñium orbis
xp̄s dñs deus homo creatōe & reparatione orbis pro-
meruit. Nempe qui rem aliquā de sua materia facit:
aut de nihilo creat: quicq; rem ipsam iam labentem &
deperditam pristinae salutis nouitati ac libertati resti-
tuit: utroq; istorum operum & eorum quolibet īsolidum hu-
iusmodi rei dñium pleno iure sibi uendicat. Idq;
xp̄o dño creatione & redemptione orbis cōtigisse &
euenisse sacrae l̄rae protestant: quae eum regē & dñm
uniuersae terrae creberrime confitent. Qd̄ si de mul-
tis pauca referā occurrit illud īprimis Esaiāe. xvi. ubi
de xp̄o & Messia. Emitte agnū dñe dñatorem terrae
Et Esa. xxxiii. Ecce dñs legifer noster rex noster ip̄e
ueniet & saluabit nos. Et Hieremīae. xxiii. Suscitabo
Dauid germen iustum: regnabit rex: sapiens erit: faci-

et iudiciū & iustitiā in terra: Hic est lapis abscisus
 de monte sine manibus: cui deus cœli dedit regnū qđ
 ieternū nō dissipabit. Dani. ii. & de latitudine regni
 Messia Dani. vii. Dabit ei dñs ptātem honorem &
 regnum omnes gentes populū tribus & linguæ serui
 ent ei: ptās eius æterna quæ nō auferetur & regnum
 eius qđ nō corrumpet. Et in psalmo. ii. de regno xpī
 Quoniā ego constitutus sum rex ab eo. Et. lxxi. de
 uniuersalitate regni xpī: Et dñabitur a mari usq; ad
 mare & a flumine usq; ad terminos orbis terrarū. Et
 ibidē: Adorabunt eum oēs reges terre: oēs gentes ser
 uient ei. Et psalmo. xciiii. de xpō: Et rex magnus su
 per oēs deos. Atq; huic rotæ ueteris testamenti exi
 stens in mediō: rota noui testamenti conformiter de
 regno xpī p̄dicat. Vñ Luca. i. Angelus Mariæ p̄di
 xerat de xpō nascituro: Dabit ei dñs sedē David pa
 tris eius & regnabit in domo Iacob in æternū. In cu
 ius regni recognitionē. xiiii. a natiuitate sua die a tri
 bus beatissimis regib; adoratur: qui uerbis & mune
 ribus eum orbis terrarū regem p̄fessi sunt: Math. ii.
 Et xp̄s qui ueritas est de seipso dicit Io. xiiii. Vos uo
 catis me magister & dñe & bene dicitis: sum enim. s.
 magister & dñs. Et Math. xxi. quum p̄ciperet aplis
 de solutione asinæ & pulli subiugalis dicit de seipso:
 Si quis uobis aliquid dixerit dicite illi quia dñs his
 op; habet. se anthonomacice appellans dñm. Et Io.
 xxviii. interrogante Pilato an Rex esset: nō negat se
 regē esse: imo et fatetur: Vex dicit nō regnum meū

nō est hinc. Quod ornatissime & quadratissime ex-
ponit Io. papa. xxii. in quadam extrauaganti quæ in-
cipit: Quoniam uir reprobus. Nō dixit inquit Chri-
stus regnum meum non est hic. i. non est super hoc
mundo & rebus temporalibus: prout aliqui male in-
terpretati sunt: sed dixit Regnum meum nō est hinc
id est non est deriuatum ab hoc mundo: sed a deo: iu-
xta uerbum Angeli: Dabit illi dominus deus zc. Et
Augustinus super Io. inquit: Non absque diuino in-
stinctu Pilatus titulo crucis Christum Regem esse
annotauit: & illud triplici lingua scripsit propter fi-
guram uiuersalis Regni & dominiū Christi in uni-
uersitate linguarum. Iudeis quoq; acclamantibus ne
eum Regem inscriberet: Sed quia dixit se Regem: cō-
stantissime & in hoc diuino & prophetico spiritu cō-
tradixit dicens: Quod scripsi scripsi. Et Christus de
seipso dicit Mathei. xxyiii. datam sibi potestatem
in cælo & in terra. De regno quoq; & dominio chri-
sti princeps apostolorum Petrus Actuum secundo
apertissimum profert testimonium: Certissime ergo
sciat omnis domus Israel: quoniam & dominum &
Christum: id est Regem: fecit deus hunc Iesum quē
uos crucifixistis. Et Io. Apocalipsis. xix. dicit habe-
re Christum in uestimento suo & femore scriptum:
Rex regum & dñs dñantium. Hinc et Apostoli in
suo Simbolo et patres in Niceno Christum uni-
cum dominum nostrum appellant. Ex quibus
omnibus et multis aliis quæ breuioris processus

gratia nō inducuntur: satis constat Christum aduen-
 tu suo omne dominium orbis terrarū ad se transtulif-
 se. Hæredes autē patris non sunt pleno iure nisi filii
 Quibus stantib⁹ alii nō succedunt: iuxta illud Apo-
 stoli Si filii & hæredes. Romanorū. viii. Filii autem
 Christi nō efficiuntur nisi per fidem quæ & nos xp̄ia-
 nos denominat secundum illud. Io. primo: Dedit eis
 potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine
 eius. Christiani igitur post xp̄i aduentum & ipsi soli
 sunt vere hæredes domini & principatus orbis ter-
 rarum: ita ut ceteri magis tyranni possessores q̄ iure
 domini censendi sunt. Iuxta quod Archiep̄s Ca-
 saricē in quibusdā conclusionibus quas repetiit in Ba-
 silienē synodo inter alias unam posuit sub his uerbis
 ¶ Christus nascendo omne dñum trāstulit ad fide-
 les. Vnde Turchus Antichristus pessim⁹ nō est ma-
 gis dñs: etiam Turchiæ nec un⁹ pagi minimi q̄ ego
 mundi. Ex his euidenter constat de solutione politi-
 problematis: Vtrum apud infideles sint uera iura do-
 minii principatus aut regni. Fide igitur nō mō eter-
 num regnum nobis parat: sine qua impossibile est
 placere deo: uer⁹ & temporale acquiri. Ius enim hæ-
 reditatis Christi & successionis in dominio orbis ter-
 rarum non alio q̄ fide promeremur.

¶ Ex superinductis peregrinam & insolitam nota-
 bilem tamen expositionem tituli ac thematis oratio-
 nis nostræ liceat intueri: Hęc est uictoria quæ uincit
 mundum fides nostra: Ac si beatissimus apostolus

89
& euangelista Io. deo plenus sibi uellet dicere inter
alias dignitates & excellentias fidei Patres mei hec
una est uel maxima q̄ non alio q̄ fide ius in domi-
nio & principatu orbis terrarū & haberi potest & re-
tineri. Potissima nanq; ratio Victoriæ in petitiōe do-
minii est ius ad dominium. Quumq; fideles sola fi-
de filiationem Christi consequantur: qua filiatione
successionem hæreditatis paternæ & dominii Chri-
sti in orbe terrarū mereri possunt: iustissime ac orna-
tissime de fide scribit̄ q̄ sit uictoria quæ uincit mun-
dum: id est mundi dominia & principatus uincere &
possidere promeretur. Hinc & de fide ap̄tus Paulus
Hebreorū. xi. inquit: Sancti per fidem uicerūt regna
operati sunt iustitiā adepti sunt repromissiones ob-
turauerunt ora leonum extinxerunt impetum ignis
fugauerūt aciem gladii: fortes facti sunt in bello: ca-
stra uerterunt exterorum & reliqua.

¶ Quid si exemplis agamus & ad prisca & noua exē-
pla uertamur inueniem⁹ aperte xp̄ianā Remp. post
transitum saluatoris fidei merito facile auctā illiusq;
scep̄trū in uniuersum pene orbē dilatatū: nec semel a
xp̄ianis habita uel possessa dominia ab eis unq; defe-
cisse: nisi & in eis fide deficiente aut refrigescēte qua-
si cessante uera causa dominii & principat⁹. Quid re-
ferā Philippum primū xp̄ianum Impatorem: Quid
Constantinū magnū: Valentinianū. Theodosiū. Iu-
stinū. Iustinianū. Heracliū. Quid Carolum magnū
Quid othonem & reliquos catholicos Cæsares: Pro

fecto fidei merito uicerunt orbem: ac tam diu illis co-
 mes uictoria fuit: quod diu fides & religio. Quod si pa-
 rumper libeat Iberorum principum annales reuoluere de
 uniuersa illa multitudiue regum Gothorum & Hispanorum
 ante cladem Hispanie per Arabes cum xxxvi. fere Go-
 thorum reges in hispania precessissent: quis gloriosior
 & potetior Richaredo qui Arrianam heresim sub Lean-
 dro & Fulgencio ex Hispania pepulit? Quis felicitior
 & fortunatior Sisebuto qui religiosissimus princeps
 Iudeorum perfidam gentem sub Isodoro ab hispania exu-
 lare coegit: uel fidei trinitatis admittere. Nec his im-
 par Recinsuindus qui sub Eugenio & Illesonso beatif-
 simis Toletanis primatibus uariis conciliis uarias pesti-
 feras hereses ab hispania extirpauit. Hi tres ceteris
 gothorum regibus ante cladem ideo prosperitate & domi-
 nio superiores fuere: quo ceteros fide & religione su-
 perarunt. Nonne & post cladem Hispanie Pelagius pri-
 mus legionis Rex fidei merito superauit Ismaelem: mi-
 raculis etiam ob illius religionem clare ostensis. Alfon-
 susque primus cognomente catholicus legionis. Item rex
 fidei merito regna hispanie cum magna Arabum iactu-
 ra dilatauit. Profecto dies unica orationi non suffice-
 ret: si Alfonsos omnes: si Ramiros: si Ferdinandos signa-
 ter primum & tertium gloriosissimos: si ceteros Ibe-
 rorum Reges: si denique Ferdinandum Gundissalui Ca-
 stellae comitem: si Cidum: Rodericum Didaci de bivar Va-
 lentic primum expugnatorem enumerare deberet. Quos
 omnes fides & religio uictores optimos & triumphatores

celebres præ cæteris effecerunt. Ecõtra uero quicquid
dominii & principatus barbarorũ insultibus Christi
anæ religioni deperit: hoc omne deficiente fide: sup
uenientibusq; hereticis erroribus & scismatibus chri
stiana Resp. amisit. Asiam quæ primo fuerat ditio
nis christianæ: demeritum Arrianæ & Nestorianæ
herescos ac aliarum heresum: subegit Ismaeli: Pelagi
ana heresis subdidit. Item & Aphricã: quæ pro dolor
tot christianorũ ecclesiis & sanctorum uirorum cati
bus abundabat: ac intra Europam non absq; heresis
& scismatis nota: Bizantium cum celebri olim Græ
corum Imperio in manibus spurcissimorũ hostium
fidei redactum est: Quum & Græci in processione
spiritus sancti & in recognitione unius uniuersalis
Vicarii Iesu xp̃i & aliis complurib9 a fide Romanæ
ecclesiæ pro qua xp̃s ne deficeret rogauit se scinderet
& separarent. Necnõ & Hispania intra alterum Eu
ropæ angulum quum olim iusto dei iudicio prædæ
Arabum patuit: aliquo errore scismatis aut infideli
tatis caruit: præsertim cum ea tempestate mores flagi
tiosissimi Vitiæ penultimi Gothorũ Regis: adhuc
uniuersam fere Hispaniam inficerent. Hic enim Vi
tiza Rex: omni turpitudini effrenatæ deditus ac in
star Sardanapali uitam agens: ut multitudinẽ quoq;
sue uitæ sociam haberet: edicto proposuit & lege: li
cere comprouincialibus suis publicæ plures uxo
res matrimonio ducere: idq; clero etiam post uotum
occidentalis continentia & permisit imo suasit atq;

55
præcepit: mandans ne quis præceptis apostolicis cō-
trarium iubētibus obediret. Idem quoq; Iudeorum
gentem quam Sisebutus ab Hispania pepulit: incō-
sulte patriæ restituit. Huic successit in Regno Rode-
ricus ultimus Gothorū Rex: sub quo Hispania op-
pressa est: circa libidines & stupra Vitiza nō inferior.
Propter quæ crimina & alia fidei teporem & torpo-
rem notantia: sæuiēs ira dei facile uniuersam Hispa-
niā Africānis subegit. Omnia igitur hæc summa-
rie nobis oñdunt & fide acqri imperia & fide retine-
ri: iisdem enim artibus quib⁹ partum est imperium
retinendum est inquit Sallustius. Hæc igitur est ui-
ctoria quæ uincit mundum fides nostra.

¶ Cuius sententiæ nō immemores Christianissimi
principes Ferdinandus Quintus Rex & Helisabeth
Regina Hispaniarum illustrissimi inter alias uirtu-
tes quas sibi peculiariter elegerunt fidei & Religio-
nis munus præ cæteris amplexi sunt. Non producā
decorum laudibus orationem tum q̄ uulgatæ sunt
orbi Christiano: tum q̄ anno ab hinc secundo in ce-
lebritate uictoriæ Malacēn hoc ipso in loco Orator
alius multo me dignior eas cumulatissime psequu-
tus sit. Verū silere non potero q̄ hispaniā mille olim
bacchantem criminibus sua religione excelsa purga-
runt. Blasphemia & periurium uulgaria quondā Hi-
spanorū crimina: sole iustitiæ & religionis Ferdinan-
di & Helisabeth aduentante ab uniuersa puincia de

fecerunt: furta. rapina. uolentia. scorta. lenocinia. for
tium & taxillorum publica spectacula: ab Hispania
quibus abundabat plurimum: fugata sunt. Heresis ite
rum crucifigentium Christum circumcissione & sab
bato castigata & punita est: ac reliqua crimina indif
ferenter meritas exactissime poenas luunt: adeo ut ex
emplo & imitatione religionis principum educatus
Hispanus exercitus: non exercitum uidere modo mi
litum: uerum potius quasi religiosorum conuentum
inspicere: gloria dei magna sit. Armatus fide & religi
one exercitum suum catholicus Ferdinadus quo ho
stilia omnia facile superauit. Nempe ut dicam arma
tis contra inermes est usus: fides profecto in sacris lit
teris armatura scutum & galea predicatur. Vnde illud
est Ezechielis: Induite uos armaturam fidei. Et alibi:
Galeam fidei assumite. Et Ephesorum. vi. inquit Aplos
In oibus sumetes scutum fidei. Et prima Petri. v. Cui
resistite fortes in fide. His igitur foelicissimis fidei ar
mis insignitus Hispanus exercitus tanquam fortis arma
tus custodiens atrium suum & in pace sunt oia quae
possidet: & iniuste possessa per paganos his armis ca
rentes facile uictoria de coelo praestita superauit.
¶ Anno igitur salutis dñicæ. lxxxii. supra millesimum
quadringentesimum tyrannis ac criminibus ab hispa
nia pulsus aduersus Mauros Granateñ Beticæ insig
nem partem a septingentis & ultra annis cum magna ig
nominia crucifixi occupantes: xpianissimi principes

Ferdinandus & helisabeth: tū religiois augēde: tū auī
 ta possessionis recuperandē grā expeditionē felicif
 sinā mouere ceperunt: regnūq; ipm Granateñ pug
 nacissimorū hoīm & equorū ferax bellī studiis asper
 rimū: natura & arte munitum: utpote qd ad Africā
 mari: ad hispaniā uero altissimis montib9 & inaccess
 sibilibus pene alpibus cingit & claudit. Ciuitatum
 quoq; oppidorū castrorū & artium multitudīne & in
 audita ac inexpugnabili fortitudine insignit: uariis
 tñ uastationib9. cōtinuis bellis. cōflictibus. obsidi
 onibus adeo humiliavit & afflixit catholicus Ferdi
 nādus: ut de illi9 longi regni tramite in qnq; ptes di
 uiso: iā ferme quatuor ptes deuicerit. In qbus his. vii
 superioribus annis ultra qngenta oppida murata ciui
 tates & arces fortissimas: lucro sanctissime fidei adie
 cit. Exercitū uero Granateñ tyranni quē a belli prin
 cipio ppe centum milia peditum. electorū uero eqtū
 decē milium fuisse cōstat: adeo attriuit & ad interitū
 fere reduxit ut nec umbrā pteriti roboris retinere ui
 deat. ¶ Et post superiores gloriosos triūphos cōtinu
 ata expeditioe pcessit anno. lxxxix. de mēse Iunii ex
 gienio ad castra gloriosissimus Ferdinandus ualidissi
 mo comitatus exercitu q ad. xvi. milia fere electissi
 morū eqtum: peditum uero. lx. milia ascendebat: his
 dēptis qui ad ministeria tormentorū & machinarū ac
 ducendos cōmeatus deputabant: primūq; in itinere
 ipso: extemplo (uno ut ita dicam spiritu) quinq; non

bz

ignobilibus oppidis prope Bacā expugnatis ad ipsius
Bacæ ciuitatis obsidionem scelicia castra tandem
admouit. Cōcurrerat illuc uniuersum pene robur mi
litia Granateñ. Nam & præter Bacæ indigenas pro
pe sex milia electissimorum armatorū omnes uiri pu
gnacissimi armis strenui ac in Regia Granateñ ab
antiquo educati & nutriti intra ciuitatis ambitum cū
accolis se incluserant: tutaturi pro uirili urbem tanq̄
ultimum uitæ præsidium & totius regni oculum de
xterum. Nec carebat ciuitas naturali milite: nam &
prope septem milibus armatorū de indigenis abun
dabat: Ciuitasq; ipsa triplici muro cincta ualidissimis
turribus & ppugnaculis superba iniquo loco ad ob
sidionem & offensionem sita; armis: uictualibus: tor
mentis & machinis refertissima ac uicina duab9 ma
ximis ciuitatibus Maurorum: Granateñ uidelicet
& Guadixen quæ sibi quotidiana pollicebantur au
xilia: nostris hæc omnia difficilem uictoriam porten
debant: hostibus uero superbiendi animū dederant.
Verum Ferdinandus Catholicus fide armatus quæ
mundum uincit & regna: ac omnipotentis dei confi
sus uiribus cuius causa agebatur: ciuitatē ipsam fos
sa profundissima & aggere circundedit: ita ut hosti
bus introcundi & exeundi facultatē præcluderet: ni
si per determinatos pōtes & passus quos ualidissime
munitiones a pte castrorū clauderent. Ambitus uero
fossæ muri & aggeris quibus ciuitas cincta est nouē

fere miliaribus in uniuerso giro tendebatur. Cōtigit
 re interim uariū conflictus bellicī & cum Vacensib⁹
 & cū uicinis Guadixen⁹: ubi Rex illoꝝ residebat: nec
 dies unica fuit totius obsidionis semestris quæ uari
 is actibus bellicis nō sit decorata. Verꝫ ea oīa mēbra
 tim & examussim explicare: orōne unica nō satis suf
 ficerem. Quædam tñ pauca nō omittā quæ & ex par
 te dei oīpotentis & ipsoꝝ Regis & Reginae egregiā
 fidem religionem & pietatē illoꝝ apertissime nobis
 insinuant. Laborabat eo anno tota fere Betica unde
 præcipue exercitus & cōmeatus ad obsidionē ducen
 di erant morbo pestilenti & superioris Hispaniæ ma
 gnam partē infecerat epidimia (mira res & supra om
 nem humanā cogitatioūē & consuetudinem) Hispa
 lenses milites: Cordubenses: Carthaginenses ac reli
 qui Hispani martiales quos etiam diuisos & segrega
 tos p̄ uillas montes & agros: pestis mire insequēbat̄
 ad castra fœlicia regia insimul uenientes: nihil pesti
 lentis: nihil morbidi sentiebāt: adeo ut ipse cōtactus
 regiae uirtutis religionis & fidei oēm illorum labem
 quasi propulsare uideretur. Quumq; ex diuersis Hi
 spaniæ partibus uariæ gentes illuc confluerent quæ
 numerum fere ducentarum mille animarꝫ ascende
 rent: sexq; mensibus cōtinuis obsidio firmaret̄: nihil
 morbidi inuentum fuerit in castris p̄ter id qd̄ ex ho
 stium ictibus & iaculis est perpeffum: Profecto ma
 nus dei erat cū illis cui subest salus & uita cunctoꝝ.

Pestis - ann. 1489

¶ Ceterum quum ea regio Baceñ ex ppinquitate frigi
dissimorum montium a septembrio mense & ultra assi
duis nimbis frigoribus & niuib⁹ ut plurimum sit sub
iecta: eaq; puincia glacialis sit plurimum & paludosa
in hyeme: digitus dei nubes & cataractas coeli conti
nuit glaciem & niuem inde dimouit: quatenus xpian⁹
exercitus in Septēbris Octobris & Nouēbris mensi
bus ac Decēbris parte qñ intolerabilia illic cōsueue
rant frigora: nō secus ac in Aprilis & Maii temperie
uersaret: edificauerat tñ regia maiestas ppter hiema
le tps complures domos in castris: adeo ut castra ipa
potius ciuitatē regiā: q̄ castra redolerent. Demū quū
eo anno tota fere Betica fuisset ingētem sterilitatem
passa: ita ut q̄plures nō tātum granī collegerint q̄tū
seminauerint: quod futurā in castris maximā anno
næ caritatē necessario iducebat. Mouit oīpotēs xpia
nissimæ reginæ Helisabeth pietatem imensam: quæ
ex Gienio ubi remāserat uiro & exercitui necessaria
subministrans: iusserat officiariis suis ut duplo mi
nori pretio annonā in castris uenderent q̄ Corduba
Ispali Gienio uel Cartthagine unde subministraba
tur cōmeatus regio arario emerent. Et ultra hoc in
gentes impensas deportationis & uehiculorū pfusis
thesauris gratis impendebat. Quis dubitet hæc oīa
manifestissima fore opera altissimi uolentis nomen
crucifixi ibi exaltari ubi diu ante per infideles fuerat
depressum. His ergo & aliis subsidiis recreatus hispa

nus exercitus ac crebro supplemento nouorum militum
 facile omnes labores longioris obsidionis tolerauit.
 Quumque sapius nostri irruptionem in hostes fieri ac
 clamarent: principis prudentia & inaudita clementia
 remorati sunt. Intellexerat nepe Rex inuictissimus
 per transfugas triginta mille fere rationales animas
 intra ciuitatem contineri: nec illis uictum ad plures
 menses sufficere: hoc comperto: conspectaque loci ini-
 quitate ac mirabili fortitudine hostiumque desperatio-
 ne qui iam emori interficiendo tamen elegerant: repetitoque
 Scipionis uerbo quo sapius dicere assolebat: Po-
 tius uelle se unius ciuis salutem custodire quam mille ho-
 stes perdere. Arbitratus est propterea Rex clementis-
 simus exemplo caesareae uictoriae apud Ilerdam fame &
 inedia absque suorum discrimine hostes ad liberam deditio-
 nem cogere prout etiam nuper de Malacensisibus est actum.
 Venere tandem Bacenses longa obsidione ad summam
 rerum omnium penuriam: perferebant tamen omnia libenter sub
 praetextu obseruandae sectae & religionis suae: & ne fi-
 dem debitam & exhibitam regi suo facile uiolarent: in
 quo artis & uirtutis militaris praecleara indicia demon-
 strarunt: fuitque apud eos quasi alter Annibal dux &
 capitaneus ipsorum quem & nostri in re militari miris lau-
 dibus celebrant: hic nostrates quumque uafre decepit: su-
 os quoque ut laborem & famem libentius tolerarent: mul-
 tis nouis nuntiis & artibus seduxit: pollicitus quumque su-
 is indubitatum subsidium regis Guadixen. quumque sci-

sinata & rebellionem baronum Hispaniæ : & tandē
propter imbres & frígora leuandā breuī obsidionem
certa spe pollicebatur. His & aliis confictis menda-
ciis compescebat a deditiōe Baceñ quum iam extre-
ma paterent. Quibus oībus ne isti retardarēt uicto-
riam de Ferdinandi Regis xp̄ianissimi consilio & as-
sensu occurrere decreuit serenissima dñā regina He-
lisabe discendens ex Gienio cum nouo milite: appli-
cuitq; ad castra octaua Nouēbris quæ aduentu suo
& nostris patientiæ hyemalis facile aīum dedit: ho-
stibus uero oēm spem leuandæ obsidionis sub qua
tuebant ademūt. Quo fit ut statim aduentu suo con-
sternati & stupidi hostium animi non de armis: sed
de indutiis & pactis cogitarent: inceperuntq; deditio-
nis tractatum die Nouēbris. xi. tertia uidelicet post
ipsius Regine aduentū cōcluserunt. xx. datis ēt obli-
dibus ac quarta Decembris die foelicissima natalis
xp̄iani. Mcccc. lxxxix. ciuitatē Bacæ olim pugnacē
& ferocem liberam & expeditam Regiæ ditioni reli-
querunt. Concessit tamen regia clemētia ciuibus Ba-
ceñ libertatem incolendi & habitandi: sub Regia ta-
men seruitute: uillas & agros in propinquis planis
consistentes. Cupientibus uero Aphricam uel alia
loca petere: cum his solum bonis quæ humeris as-
portare potuissent: armisque dimissis: libere facul-
tatem permisit. Ciuitas quoque Purchenæ duorum
mīlium ciuūum. Ciuitas Tabernarum mille: Ac

celebre oppidum Seron antiquū Granatensiu gym
 nasiū: omnia montana de Vacares & de Filabres: ac
 uniuersa rīpa fluminis Almanzoræ cum multis op-
 pidis castris & arcibus adiacentibus: omnia hæc quæ
 numero & extimatione multa & magna imo & ma-
 xima sunt a prima Decembris usq; ad octauam in re-
 giam ditionē peruenerūt. Suscepit igitur Baza olim
 pugnacissima iugum & uexilla crucifixi quarta De-
 cembris: ac die altera dimisit x̄o sexcētos xp̄ianos
 captiuos quos sub duro seruitutis iugo in compedi-
 bus diu illic Maometh⁹ oppresserat: ip̄is in exitu cū
 lachrymis præ iubilo in processione solenni cū ma-
 gna sacerdotum pompa cantantibus: Benedictus do-
 minus deus Israel: quia uisitauit & fecit redemptio-
 nem plebis suæ. O optimā ac felicissimā christia-
 næ uictoriæ ac redemptionis diem. Nemo est qui fa-
 ciat satis tam iustæ lætitiæ & tam celeberrimo ac iu-
 cundissimo dei beneficio digne gratulet. Quare ha-
 bendæ sunt deo optimo maximoq; grates immensæ
 quod ad finem usq; iuuerit christianissimos princi-
 pes ac intemeratæ diuinæ parenti Mariæ semper uir-
 gini: necnō Hispanorū p̄tectori Iacobo quod apud
 deum pro tam glorioso triumpho intercesserint: iu-
 uandiq; sunt tam catholici principes cōmuni Christi-
 anorum suffragio quum & cōmunem causam agāt
 Christianę Reip. Verum præ ceteris. S. D. N. domi-
 nus Innocentius diuina prouidentia papa octauus:

69
qui tanq̄ Christi uicarius & Christianorū caput glo-
riæ magnæ & honori sibi ascribere debet prout certe
facit quicquid Christo & christianis accrescit: & hâc
diem Christiana lætitiâ: summis iubilis celebrare de-
buit: prout superiore dominica fecit: & ad plures si-
miles dies addendos Christianæ uictoriæ: inuitare ca-
tholicos principes debet. Equidem suæ Beatitudinî
omnem gloriam & istius sancti trophei honoré chri-
stianissimi Hispaniarum principes plenissime depu-
tant tanq̄ capiti Christiano sub quo omnis Christia-
norum militiâ agitur: & a quo suæ maiestates cruciâ
tam decimam & alias gratias ad eam expeditionem
gratissime susceperunt. Vos quoq; Patres Reueren-
dissimi tanq̄ præcipua membra Christianæ Reipub.
prout soliti estis & apud deum oratione supplici: &
apud Sanctissimum dñm nostrum uestro interuen-
tu estote auxilio his christianissimis principib⁹ qua-
tenus ex uniuersa Hispania Maomethe fugato faci-
le illum etiam in Africam fugientem consequamur.
Quod assistente nobis fide integra quæ est uictoria
uincens mundum: breui futurum speremus præstan-
te Christo domino cui est perennis gloria. Amen: •